

1 De hæredibus,& Falcidia,&c. Tit.j.No. j. 2

IN NOMINE [a] DOMINI NOSTRI IESV [b] CHRISTI [c], INCIPIT LIBER

CONSTITVTIONVM NOVELLARUM Domini Iustiniani sacratissimi Principis perpetui Augusti, [Authenticorum †].

COLLATIO PRIMA.

DE HÆREDIBVS [d], ET FALCIDIA [e]: [ET] SI hæres legata soluere noluerit.

TITVLVS I.

Nouella constitutio prima.

Imperator Iustinianus Augustus Ioāni gloriosissimo sacrorū per Orientem prætoriorum præfecto,iterum exconsuli,& patricio.

Communi reipublicæ cura occupat principem ad cogitandū pro republica: & subiectorum vtilitas, & eorum interpellatio, legis condendæ occasionē præbent. Liberis, & parentibus,interdum etiam fratribus ex necessitate debita portio debetur : aliis ex voluntate. BART.

PROOEMIVM.

OCcupatis [f] nobis [g] circa totius reipublicæ [h] curas [i], & parum nihil [k] eligentibus † cogitare; sed quatenus [l] Persæ quidem conquieſcunt, Vandali [m] * verò [n] cum Mauris obediunt, & Carchedonij [o] antiquam [p] recipientes habent libertatem: [quamuis] * nunc [q] primùm sub Romanorum facti reipublica, inter subiectos habeantur (quod nondum hactenus, nisi sub imperio nostro, dedit Romanis Deus) incurrunt [r] etiam propriæ solicitudines à nostris subiectis semper nuntiatæ: quarum quidem singulis damus competentem [s] formam [t]. Quęcunque verò [u] frequenti [x] quidem potiūtur [y] per partes [z] auxilio [a]:possibilia * tamen sunt [b] curas [i], & parum nihil [k] eligentibus † cogitare; sed quatenus [l] Persæ quidem conquieſcunt, Vandali [m] * verò [n] cum Mauris obediunt, & Carchedonij [o] antiquam [p] recipientes habent libertatem: [quamuis] * nunc [q] primùm sub Romanorum facti reipublica, inter subiectos habeantur (quod nondum hactenus, nisi sub imperio nostro, dedit Romanis Deus) incurrunt [r] etiam propriæ solicitudines à nostris subiectis semper nuntiatæ: quarum quidem singulis damus competentem [s] formam [t]. Quęcunque verò [u] frequenti [x] quidem potiūtur [y] per partes [z] auxilio [a]:possibilia * tamen sunt [b]

a Vide Glos. simile in proœm. Instit.

b hoc verum ſiſpectes temporalia, non ſpiritualia. ANG.

c Hæredes hereditate repellendi, niſi votum impleant teſtatoris.

d Falcidia hæres priuatur ſi non facit inuentarium.

e Dictio eadē interdum ponitur nominatiuè, & ablatiuè.

f Reſpublica quatuor modis dicitur.

g Adde Gloſſ. in l. 3. Co. ad Senatuſcon. Trebell. Nouell. de trient. 18. in prin. & in l. 3. Co. qui potiores.

h Parum qui dicit, duo dicere videtur, & ſe habere, & modicum habere.

i Quatenus, vox reſpicit interdum cauſam præteritā, & præſentem: propriè verò futurā notat.

a Vel, particula ſuppletiua: interdum aduerſatiua, interdum adfirmatiua.

† Deeſt in qui buſdā: ſed forte hoc additū ad differentiā Epitomes Iuliani.

† al. paruū nihil. q. d. nō viribus, neq; tenuibus cogitationib. occupatis nobis: ſed multis, iſque grauiſſimis, veluti de pace, de fœdere, &c.

* Lege hiſtoriā Antonini de Iuſtiniano Imperatore in 2. volu.

* Pro incluſo legitur in manuſcriptis. *quæ niſi.* legendum autem, *Tzani autem.* ex noua Græca editione. quæ lectio cōfirmatur ex Agathia lib. 5. & Nou. 28. *infra e.* Halcādri editio ſimiliter vt hæc, eſt corrupta. Tzani autem gentes Ponticæ ſunt.

* Ἀπολαύεα τῆς κρίμβοβοεσίας, id eſt, quæ negotia ſpeciale quidem remedium admittūt: ſed ſi in lege aliqua includantur, cōmunem, & generalem poſſunt vtilitatē præbere. CON.

b Falſum.

c Banniti ſi rebanniuntur, hoc eſt, ab exilio reuocātur, per reſtitutionē in integrū recuperant bona, ſi alienata non ſunt: fructus etiam extantes recuperabunt, alias non *ſecundum Aug.*

d Hoſtes antequā capiantur, verum ſunt ſerui.

e Verò *particula, pro,* ſed.

f Poſſibilibus, hoc eſt, ad ea, quæ fieri poſſunt iura accōmodari debent: *vt diſt. 4. c. erit autē lex.*

g *Vide ſcribentes in l. nam ad ea ff. de lege.*

Ottoman. Franc. Hotom. Bald. Aldus. Cuiac. Ant. Augustin. Ioan. Matthæus. Gothofredus.

Authentica.

tor. Afri. l. quas laudes. in princip.

n ¶ *Verò.* 1. Vel ſupplettiuè [a] legas: *vt ibi. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. §. hoc igitur.* 2. Vel legas aduerſatiuè. q. d. aliq; gētes noſtris cogitationibus per ſe quieſcunt: *vt* ℨ. ſed Vandali non per ſe: ſed facto noſtro: quia ſubiugauimus eos: *vt C. de offi. præf prætorio Afri. l. quas laudes.* 3. Vel dic quòd *Perſæ* fuit nomen gentis; vnde dicitur rex Perſarum: & *verò* ponitur pro certè.

o ¶ *Et Carchedonij.* gētes ſunt: & repete *eligētibus cogitare quatenus Carchedonij,* &c. ADDITIO. Carchedonij dixit, retento verbo Græco, cùm Latinè dicantur Carthaginenſes.

p ¶ *Antiquam.* dic quòd primò fuerunt de Romano Imperio: ſed pòſt facti fuerunt ſerui hoſtium: vt de Africa dicitur: *vt C. de offi. præfect. prat. Afri. l. quas laudes.* 2. Vel dic, quòd nunquam [b] fuerunt ſub Romano Imperio, niſi nunc primùm, vt ſequitur: vnde vocat antiquā libertatem à iure naturali inuentam: *vt ff. de nata. re. l. ij.* quod eſt veruſtius: *vt Inſt. de re. diu. §. ſingulorum.* ¶ Sed quomodo per captiuitatem eam recipiunt? imò perdunt: *vt Inſtit. de iure perſo. §. pe.* Reſpond. amittunt: ſed ex quo deſinunt eſſe rebelles, recipiunt primam libertatem: id eſt, quam de iure naturali habent, vt dictum eſt: vel quam primò habebant ante captiuitatē.

q ¶ *Quamuis nunc.* in quibuſdam eſt, *quam nunc primùm,* &c. & ſubaudi, per. q. d. per hanc libertatem habent, quod Deus nobis hactenus, vel eis non conceſſit: nunc primùm ſub Ro. &c. niſi ſic exponas: innuitur quòd omnes hoſtes antequam [d] capiantur ſunt ſerui: quod non eſt verū. 2. Item aliàs dicit, *quaſi nunc primùm,* &c. & hæc plana. & expone, *quaſi* pro *ſicut.* q. d. ita recuperant libertatem, ſicut nouiter nobis adhærentes hoſtes ſponte retinent quam habent. 3. Item aliàs eſt [e] *quam niſi nunc.* & hāc ego habeo: & eſt bona, hoc modo quam, ſcilicet libertatem habent, id eſt, per omnia ſunt liberi, niſi nunc, &c. q. d. niſi in hoc: quia erunt inter ſubiectos. ¶ Et ſecundùm hunc tertiū, & primum intellectum inferiora verba, *quod nondum,* &c. ſic expone, quòd, ſcilicet vt ſubiugarentur, & ſub Republica Rom. ponerētur tantùm nobis conceſſit Deus. Sed ſecundùm medium dic, *quod nondum* &c. ſcilicet quòd recuperarentur.

r ¶ *Incurrunt.* &c. q. d. non ſolùm noſtræ: ſed etiam propriæ. ſcilicet ſingulorum ſpeciales: *vt infr. eo. §. ſi verò aut non.* 2. Vel dic quòd ſuas proprias appellat priuatorum ſolicitudines: *vt C. de cadu. tol. §. ſi.*

ſ ¶ *Competentem.* ſi competenter putatur, quod dic: *vt* ℨ. *de mād. prin. §. ſi verò coll. ij.*

t ¶ *Formam.* quandoque generalem, quandoque ſpecialem: *vt Inſti. de iure. na. §. planè ex his.*

u ¶ *Quæcunque verò.* hīc ponitur *verò,* pro [e] *ſed.* q. d. verè ſingulis damus competentem formam: ſed ne ninium grauemur, hoc oportere putamus & lege ſancire, & tradere ſubiectis per ſe iuuantia, non ſemper, &c.

x ¶ *Frequenti.* ſic *ff. de legi. & ſenatuſcon. l. nam ad ea.*

y ¶ *Potiuntur.* id eſt, indigent, vel fruuntur. ACCVRS.

z ¶ *Per partes.* id eſt, per ſingulos homines, vel cauſas, à quibus conſulimur.

a ¶ *Auxilio.* ſ. noſtro, quod damus per reſcripta.

b ¶ *Poſſibilia tamen ſunt* [f]. ſ. euenire & frequenter. vt dixerat nā de his, quæ rarò [g] accidunt, &c. *vt infr. vt ſine prohi. ma debit.* & *credi. §. quia verò frequenter. colla. vij.* & ſubaudi, vt: & dic, vt ſcripta lege, &c. 2. Vel dic, *quæcunque verò frequenti quidā potiuntur per partes auxilio.* ſcilicet plerunque propter ſui frequentiā noſtris indigent reſcriptis: ea tamen ſcripta, id eſt, poſſibilia ſunt: & ſubaudi vt communem præſtent vtilitatem omnibus, ſcilicet caſibus: in quibus habent opus: hæc oportere, &c. 3. Vel dic tertiò,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd5/0191